Audite insule et attendite. Ex Esaia propheta. capite. xlix. Hec prophetia de Christo etiam in sensu literali exponitur. possunt tamen hec verba quodanmodo de ioanne dici. Audite insule. attentionem auditorum petit a rei magnitudine. Ab vtero vocauit me. hoc in persona Christi dicitur. de quo existenti in vtero dixit angelus: vocabis nomen eius iesum. Quasi gladium. vehementiam Christi sermonis exprimit. In vmbra manus sue. idest sub potestate. Sicut sagittam. ad transfigendum eos quos reprehendebat. In pharetra sua. idest maiestatis sue prouidentia. Seruus meus. ratione humanitatis. Tu israel. sic appellatur Christus. quia ex semine israel: aut a nominis etymologia / quasi videns deum. In te gloriabor. per miracula. Formans ex vtero. quia ab instanti conceptionis corpus Christi fuit formatum et animatum. Ut reducam iacob. scilicet populum israel per doctrinam meam. Non congregabitur. quia ex iudeis pauci credent. In lucem gentium. que succedent in hereditatem iacob. Salus mea. scz quam ego mitto. Reges videbunt. scilicet christi miracula. Qui te elegit. subaudi o Christe.

¶ Ad missam maiorem. Lectio Esaiæ prophetæ. Cap. xlix.

HAec dicit dñs. Audite insulæ: & attendite ppli de longe. Dñs ab vtero vocauit me, de ventre mrīs meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in vmbra manus suæ protexit me. Et posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscōdit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu isrł: quia in te gl'iabor. Et nunc hęc dicit dñs. Formans me ex vtero seruū sibi. Dedi te in lucem gentiū: vt sis salus mea vsq; ad extremū terræ. Reges videbunt & cōsurgent principes: & adorabūt dñm deū tuū: qa fidelis est & scēm isrł qui te elegit.

¶ Ioannis & Pauli. Beati Pauli ad Romanos. Cap. viij.

FRēs. Quis nos separabit a charitate dei. Tribulatio: an angustia: an psecutio. &c. vt supra.

¶ In vigilia Petri & Pauli. Actuum. Cap. iij.

IN diebus illī, Petrus & ioānes ascendebāt in tēplū ad horā orōnis nonā. Et quidā vir erat claudus ex vtero mrīs suæ q baiulabat: quē ponebāt cotidie ad portā templi q̄ dr̄ speciosa: vt peteret eleemosynā ab introeūtibus in tēplum. Is cū vidisset Petrū & ioannē incipiētes introire in tēplū: rogabat vt eleemosynam acciperet. Intues aūt in eū Petrus cū ioāne dixit. Respice in nos. At ille intēdebat in eos, sperās se aliqd acceptu

¶ Festo sanctorum ioannis et pauli.

Quis nos separabit a charitate. Jam exposita est supra in festo Seruasii et prothasii martyrum.

¶ Uigilia petri et pauli apostolorum.

Petrus et ioannes ascendebant. Ex actibus apostolorum. ca. iij. In quo ponitur miraculum de claudo sanitati a petro restituto. Orōnis nonā. hoc est tertiam post meridiem. Baiulabatur. quia nō poterat pedibus insistere. Eleemosynā. i. misericordiā. et scribitur per duplex. e. Ut eleemosynā acciperet. s. ab illis erogātibus. Respice in nos. i. at

tende ad ea q̃ dicim⁹ tibi. At ille intelligebat.i.attēte aspiciebat. Qd habeo.a do mi hi traditū.s.curādi ptātē. Surge ⁊ ābula:q2 ātea neutrū poterat facere. Bases ꝯsoli datę.i.crura q̃ sunt fulcimēta sustinēdi corpis molē. Stetit.pedib⁹ insistēs. Stupore stupebat.de tā pn̄ti miraclo. Et ecstasi.grecū est.scribitq3 nō p.x.⁊.t.ſʒ p.cſ.ſʒ si q̄spiā dixerit tm̄ valere.x. quantum.cſ.ergo potest poni alterum ꝑ altero. Ad hoc rndetur qd verū est:si.cſ.ptineāt ad eādē syllabā.tn̄ in extasi.x.ptineret ad vocalē p̄cedētē tota. in ecstasi vo.c. ptinet ad.e.p̄cedētē.⁊ ē ad.a.seq̄ntē.nā ꝯponit ab.ec:particula greca ⁊ stasis. vt fit.ec.ex stasis stasio. latine.excessus.

¶ Aploꝝ petri ⁊pauli.

Misit herodes rex manu⁹. Ex actib⁹ apostoloꝝ ca.xij. In q̄ ponit iacobi zebedei cędes ⁊ petri icarceratio. Herodes q̄ agrippa cognoiat⁹ ē. Frē ioānis.s. euāgelistę. Dies azimoꝝ.in q̄b⁹ non licebat quēquā occidere.l q̄ petri cędes est dilata. Producere.i.morti tradere. Productur⁹.s.die ſeq̄nti post festū azymorū. In ipsa nocte.s.q̄ p̄cedebat diē ꝓductiōis. Caligas tuas.genus calciamēti. Fecit sic. vt āgel⁹ dixit. Visum videre.i. in sōniū i sōno. Custodiā.s.militū custodiētiū carcerem. Portā ferreā.q̄ erat vltima exeūtib⁹ carcerē. Vicū vnū. post exitum carceris. Ad se reuersꝰ.i. vigilās:q2 ātea putabat se eē in somnis. De oi expectatiōe.q2 expectabāt illius cędem.

rum ab eis.Petrus aūt dixit. Argentū & aurū nō est mihi:qđ autē habeo:hoc tibi do.In noīe iesu chr̄i nazareni surge & ābula.& app̄hensa manu ei9 dextera alleuauit eū:& ꝓtin9 cōsolidatę sunt bases ei9 & plātæ:& exiliens stetit:& ābulabat.& intrauit cum illis in tēplum ābulās & exiliens:& laudans deum, & vidit oīs ppl̄s eum ābulātem & laudātē deum. Cognoscebāt autem illum,qm̄ ipse erat,qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portā templi. Et impleti sunt oēs stupore & ecstasi in eo qđ contigerat illi.

¶ In die Petri & Pauli. Actuum. Ca.xij.

IN dieb⁹ ill̄. Misit Herodes rex manus:vt affligeret q̄sdā de eccl̄ia Occidit aūt iacobū frēm ioānis gladio:vidēs aūt q2 placeret iudęis apposuit apprehēdere et petrū. Erāt aūt dies azymoꝝ.Quē cū app̄hendisset misit ī carcerē:tradēsq3 q̄tuor q̄ternioīb9 militū ad custodiēdū eū:volēs post pascha ꝓducere cum ppl̄o.Et Petr⁹ quidē seruabat̄ in carcere. Orō aūt fiebat sine intermissiōe ab eccl̄ia ad deū ꝓ eo. Cum aūt ꝓducturus eū eēt Herodes:in ip̄a nocte erat Petr⁹ dormiēs int̄ duos milites vinct⁹ catenis duab⁹.Et custodes āte ostiū custodiebāt carcerē.Et ecce āgel9 dn̄i astitit:et lumē refulsit in habitaclo carceris.Percussoq3 latere Petri:excitauit eū dicēs. Surge velocit̄.Et cōtinuo ceciderūt catenæ de māib⁹ ei9. Dixit aūt āgel9 ad eū. Pręcingere et calcia te caligas tuas.Fe fecit sic.& dixit illi.Circūda tibi vestimētū tuū et seq̄re me.et exiēs seq̄bat̄ eū.et nesciebat quia verū eēt qđ fiebat p āgelum. Existimabat aūt se visum videre.Trāseūtes aūt primā et scđam custodiā venerūt ad portā ferreā,q̄ ducit ad ciuitatē:q̄ vltro apta ē eis et exeuntes ꝓcesserūt vicum vnum:et cōtinuo discessit āgel⁹ ab eo.Et petr⁹ ad se reuersus dixit.Nunc scio vere:quia misit dn̄s āgelū suū et eripuit me de manu Herodis & de oī expectatione plebis iudæorum.

¶ In festo pauli apostoli.

Notũ vob facio euãgeliũ. Ex epis.pauli ad Gala.ca.i. In quo Apostolꝰ oñdit doctrinã quã pdicat esse ab autoritate dei pfectã. Scdm hoiem.i.ab hũana inuentione. Ab hoie.i.ab aliquo ex discipulis dñi. Audistis.narrat qũo ad Apostolatũ venerit. Expugnabã illã.p oppugnabã z pseqbar. Aemulator.zelator qz zelo quodã legis meç oia illa faciebã. Placuit ei.s.deo. ex vtero mris.i.synagogç q me nutrierat. Filium suum in me.i.p me. In gentibus.vñ gentium doctor est cognominatus. Carni z sanguini.i.iudeis.ex q̃z erã sanguine:s3 totum me tradidi christo. Neq3 veni ierosolymã. vt audirẽ chri doctrinã ab Apostolis z discipulis chri. In Arabiã.nõ dicit quã cum sint Arabię tres. Damascũ.s. vrbem Syrię. Post Annos tres.z ita non pdicabat antea q̃ didicit ab Apostolis:sed q̃ per reuelatiõem est doctꝰ. Diebus qndecim.in qbus quędam de sacris lris cum eo egit / nõ de nouo didicit. Iacobũ fratrem dñi.ad differentiam alterius ioannis fris. Quę scribo vobis.subaudi vera sunt. hoc est: qđ non didicit euangelium ab aliquo Apostolorũ:idq3 iureiurando confirmat. Syrię z Cilicię.vt pręđicarem gentibus euangeliũ. Ignotꝰ facie.qt illos nõ viderã:neq3 illi me:nisi p famã tñ. In me glorificabant dominum.idest per me.

¶ In octaua sancti ioannis.

Unicuiq3 nrm data est gra.Iam exposita est supra in vigilia ascẽsiõis dñi nri iesu christi.

¶ In festo visitationis beatę Marię virginis.

¶ Pauli apostoli.Lectio Pauli ad Galatas. Cap.i.

FRes.Notum vobis facio euãgelium qđ euãgelizatum est a me:quia nõ est scđm hominẽ, neq3 em ego ab homine accepi illđ:neq3 didici:sed p reuelatiõem iesu chri. Audistis em.cõuersationẽ meã aliqñ in iudaismo:qm supra modũ pseq̃bar ecclãm dei:& expugnabã illã:& pficiebã in iudaismo supra mltos coetaneos meos i gñe meo:abũdãtibꝰ ęmulator existẽs patnarũ mearũ traditionũ.Cũ aũt placuit ei q me segregauit ex vtero mris meæ:& vocauit per grãm suã:vt reuelaret filiũ suũ in me:vt euangelizarẽ illum in gẽtibꝰ. Cõtinuo nõ acquieui carni & sanguini:neq3 veni Hierosolymã ad ãtecessores meos aplos: sed abij in Arabiã:& iterum reuersus sum Damascum. Deinde post ãnnos tres veni Hierosolymã videre Petrum:& mãsi apđ eum diebꝰ quindecim. Alium aũt aplorum vidi neminẽ nisi iacobum frẽm dñi. Quæ autẽ scribo vobis:ecce corã deo:quia nõ mẽtior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Erã autẽ ignotus facie ecclesijs iudeæ q̃ erãt in chro. Tãtũ aũt auditum habebãt:qm qui persequbať nos:aliqñ nunc euangelizat fidem:quã aliqñ expugnabat. Et in me clarificabant dñm iesum chrm.

¶ In octauo die sancti ioannis. Pauli ad ephesios. Cap.iiij.

FRatres. Vnicuiq3 nrm data est grã scđm mensuram donatiõis chri.&c.vt supra.

¶ In die visitationis beatæ Mariæ virginis. Lcõ libri Iudith. Cap.xv.

Benedixerunt illam oēs. Ex libro iudith viduę cap.xv.q̄ verba de iudith sunt dicta et possunt ṽgini deiparę accōmodari. Oēs.q̄ exierant in occursu iudith redeūtis ex victoria de holoferne. Glīa.ornamentū et decus. Viriliter.hostem nrm occidendo. Confortauit te.i.dedit tibi.fortitudinem et robur. Benedicta in ęternum.per famam et gloriam

¶ Oct.petri aplī.

Hi sunt viri misericordię. Ex libro Ecclīaſ.cap.xliiij.q̄buſdam tñ immutatis. Viri misericordię.subaudi digni.aut qd̄ in alios misericordes fuerunt. Perseuerat bonū.i. hęreditas. In terra p̄missiōis.hoc est gloria sempiterna. Propter illos.i.ppter merita patrum. Non derelinq̄t. q2 manebit apud posteros illoꝝ memoria. In pace sepulta sunt. cum spe resurrectionis. Viuent in secula.p illorum memoriā in hac vita et in futuro seculo.

¶ Apollinaris mar.

Memor esto dñm nrm. Ex epl̄a ad Timo.ij.ca.ij. et.iij.q̄ iā exposita ē supra i epl̄a petri martyrie.

¶ Germani epi.

Testificor corā dō. Ex epiſ.ij.ad Timo.ca.iiij. In q̄ hortat̄ apl̄s Timotheū:vt doceat pplm sibi cōmissuꝫ instādo illoꝝ doctrinę.et primo adiurat illū deuꝫ testē inuocādo. Verbū.ſ. euāgelicū. Opportūe. audire cupiētib9. Importūe abnegātes audire. Argue.peccātes ex ignorātia. Obsecra peccātes ex infirmitate. Increpa.ṽb;durꝭ peccātes ex malicia. Erit tp̄s.ideo instādū eē dicit:āteaq̄ veniat tp̄s q̄ nō libent̄ audiēt ṽbū dñi. Prurietes aurib9.i.audire cupiētes. Iā delibor.i.paulatim ꝯsumor. Resolutiōis.ſ.aīę a corpe. Certamē certaui.p̄dicatiōis officiū exercendo. In reliquo.i.in futuro. Corona iusticię:quam nemo auferet a me.

Benedixerūt illā oēs vna voce dicētes:tu glīa ierusalē:tu lętitia isrl̄:tu honorificētia ppl̄i nr̄i:qa fecisti viriliť:et confortatū est cor tuū:eo q castitatem amaueris.Ideoq; manus dñi confortauit te;et eris benedicta in æternum.

In octa.apl̄orū petri & pau.Eccl̄.Ca.xliiij.

HI sunt viri mię:quorū iusticię obliuionē nō acceperūt.Cū semine eorū pmanēt bōa:hęreditas scī nepotes eorū:et in testamētis stetit semē eorū:et filij eorū ppť eos vsq; in ęťnū manent.Gñatio eorū & glīa eorū nō derelinq̄tur.Corpa eorū in pace sepulta sunt:& noīa eorū viuēt in scl̄a. Sapiētiā eorū narrent ppl̄i:et laudē eorū ꝓnūciet oīs eccl̄ia scōrum.

Apollinaris mar. Ad Timo.ij.Ca.ij.&.iij.

CHarissime.Memor esto dñm nr̄m iesum christum resurrexisse.&c.vt supra.

Germani epi.ad Timo.Cap.ij.&.iij.

CHarissime.Testificor corā deo:et chr̄o iesu q̄ iudicatur9 est viuos et mortuos:et p aduentum ipsi9:et regnū ei9.Prędica ṽbū:insta oportune:importune argue,obsecra:increpa in oī patiētia et doctrina. Erit em̄ tp̄s cū sanā doctrinā non sustinebunt:sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros prurientes aurib9:et a ṽitate qdē auditū auertēt:ad fabulas aūt cōuertenť. Tu ṽo vigila,in oīb9 labora:op9 fac euāgelistæ:ministeriū tuū imple:sobrius esto. Ego em̄ iā delibor,et tp̄s meę resolutiōis instat. Bonū certamen certaui:cursum cōsummaui,fidē seruaui.In reliq̄ reposita ē mihi corōa iusticię:q̄ reddet mihi dñs in illa die iust9 iudex.Non solū aūt mihi:sed et his , qui diligūt aduentum eius.

¶ Stephani prothomartyris.

Doctrinis varijs & pegrinis. Ex epis.ad hebreos ca.xiij. In quo ostendit:quomodo hebrei hre se debet erga platos no bn de fide sentietes. Doctrinis varijs. scz suspectis & hereticis. Abduci.i.a recta fide duci. Gra.i.lege gre:hoc est euangelio. No escis.i.cibis q pcipiunt in lege veteri.maducari siue no maducari. Habemus altare.i.cruce in q oblatus est chrs. Qui tabernaculo deseruiunt. i. veteris legis ministri. Quoru animaliu.s.vituli & hirci:q immolabant indie expiationis. Cremant.qr p pctis immolatio illa fiebat.

¶ Stephani prothomartyris. Lcō ad Hebræos. Cap.xiij.



FRatres. Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Optimum est em gra stabilire cor, no escis, q no pfuerut ambulatibus in eis. Habemus altare de quo edere no hnt potestate, qui tabernaculo deseruiunt. Quoru em animaliu infertur sanguis p pctō in scta per pontifice:horum corpora cremātur extra castra; ppter qd & Iesus, vt sanctificaret per suu sanguine pplm, extra porta passus est. Exeamus igit ad eu extra castra, improperium eius portātes. Non em habemus hic manente ciuitatem, sed futurā inquirimus. Per ipm ergo offeramus hostiā laudis semper deo, idest fructū labioru confitētium nomini eius. Beneficentię aūt et communicationis nolite obliuisci. Talibus em hostijs promeretur Deus.

Propter qd.i.qr extra castra cremabāt. Extra portā.s.in loco caluarię extra vrbē ierlm. Exeamus extra castra.i. extra legis obsuatiões: Improperiu[nā chrō exprobatū est qd no obsuabat lege.] Ciuitatem manētē.i. in q manere semp debemus:vt in lege veteri. Futurā inqrimus.q p nouā legē acqrit. Per ipz.s. chrm. Hostiā laudis.i. sacrificiū subaudi deū. Bnficētię & cōionis.i. bnfaciēdi:& bōa vra cōicādi. Promerer.i.illum nob demeremur:vt nobis bnfaciat.

¶ Sanctæ Mariæ de niuibus. Ecclesiast. Cap.xxiiij

AB initio & ante sæcula creata sum:& vsq; ad futurū sclm non desinā:& in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata silr requieui,& in Ierusalem potestas mea:& radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hereditas illius,& in plenitudine sanctorum detentio mea.

¶ De sancta Maria de niuibus.

AB initio & āte secula creata sum. Ex lib.eccl̄iasti. ca.xxiiij. In q autor loqt de sapiētia increata:hoc est de chrō:[pris sapiētia

scz. Ab initio.no dicit tpis principiū.q: pr filio coęternus est. Creata.i. pduca quātū ad hūanitatem. No desinā.qr ęterna est. Corā ipso ministraui.qr filius pris voluntatē semp fecit. In habitatiōe scta.in gregatiōe iustoz. In sion & ierlm.i.in ecclesia vtraq;.s.militante & triūphante. Radicaui in.hoc est in hereditatē meā fundaui. In pplo honorificato.s.israelitico.hoc est chrīano. Detentio mea.i.habitatio.

¶ In Transfiguratione domini.

DAbo aūt opam & freqnter. Ex epl'a petri.ij.ca.j. Dabo opam.q: sentio instare obitū meū. Dabo opam.s.freqnter vos admonendo. Habere vos.subaudi memoriā monitionū meaꝝ. Indoctas fabulas.sicut poetę & doctores falsi. Virtutē.s.faciendi miracula in doctrinę ꝯfirmatiōem. Et p̄sciētiā.quā habuit chr̄s hō ex diuinitate.

Speculatores.i.ꝯspectatores & testes illi⁹ magnitudinis.s.in transfiguratiōe. Accipiēs honorē.i.testimoniū honoris & glię. Voce delapsa.descēdēte. A magnifica gl'ia.i.a deo p̄re. Huiuscemodi.i. q̄ seq̄r. Hic est filius.&c. In mōte scto.q̄ cognominat̄ Thabor. Mathei.xvij. Propheticum s̄monē. Ex psalmo.ij. scȝ Dn̄s dixit ad me filius me⁹ es tu: Attendētes.i.ꝯsentiētes prophetię. In caliginoso loco.i.in hoc mūdo in q̄ videm⁹ oia p speculum in enigmate. Et lucifer.i.chr̄s q̄ est lucifer & sol & lux.

¶ Transfiguratio dn̄i.Beati Petri ap̄li.ij.Ca.j.

FRatres, Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum:vt horum omniū memoriam faciatis. Non enim indoctas fabulas secuti:notam fecimus vobis domini nostri Iesu christi virtutem & præscientiam:sed speculatores facti sumus illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem & gloriam : voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus;in quo mihi bene complacui:ipsum audite : & hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam : cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes,quasi lucernæ lucēti in caliginoso loco donec dies illucescat:& lucifer oriatur ī cordibus vestris.

¶ Cyriaci/largi/ & smaragdi.

REmemoramini p̄stinos. Ex epl'a pauli ad heb.ca.x. In quo ōndit apl's adherēdū esse deo p rōnes demulcētes & mitigantes medicoꝝ more : q̄ post sectionē carnis inducūt leuia fomēta. Pristinos dies. q̄bus estis ad finē ꝯuersi & illūīnati.

Cyriaci Largi Smaragdi.Pauli Ad heb.Ca.x.

FRatres. Rememoramini pristinos dies : in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Et in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti:in altero autem socij taliter conuersantium effecti. nam & vinctis compassi estis,& rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis:cognoscētes vos habere meliorem & manentē substantiā. Nolite itaq; amittere confidentiam vestrā:quę magnā habet remuneratione͂. Patiētia em̄ vobis necessaria est:vt voluntatē dei facientes:reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulumq; qui venturus est veniet,non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuit.

Sustinuistis & hoc dupliciter.vno modo facti spectaculū opprobrijs in ꝓpria ꝑsona. Altero modo.in quātū amici vr̄i talia sustinēt. Vinctis.i.in carcere positis.& in hoc amicis. Bonoꝝ vr̄oꝝ.& hoc in vr̄a ꝑsona & familia. Meliorē substātiā.i.diuitias celestes. Cōfidentiā vr̄am.i.firmā ꝑseuerantiā. Patiētia.i.aduersitatū tollerātia. Volūtatem dei. obediētes illi⁹ volūtati. Modicū aliquātulūq;.i.breue tp̄s restat. Qui vētur⁹ est.s.ad iudiciū. Sȝ iusti in iudicio finali viuēt.i.saluabunt̄.& sumptū est ex ꝓp̄ha Aggeo ca.ij.

¶ In festo sancti Laurentij.

Qui parce seminat parce & metet. Ex.ij.epistola ad Corin.ca.ix. In quo apl's ad bñfaciẽdũ Corinthios hortat. Qui parce seminat.atq3 ita q̃ parũ dat:parũ p̃miũ ↄsequtur:atq3 ecõtrario. Vnusq̃sq3:subaudi det. Prout destinauit.i.decreuit dare. Nõ ex tristicia.s.dolẽs:q2 dat/aut ex necessitate:q2 coact⁹. Oẽm creaturã.i.volũtatẽ faciẽdi eleemosynã. Abũdare facere.vt ↄdoleat] de bñfactis:sicut scriptum est.psal.cxi. Justicia eius.s.q̃ sic largitur. Qui administrat semẽ.i deus q̃ dat volũtatẽ bñfaciẽdi. Et panẽ p̃stabit. q2 danti dabit a deo. Multiplicabit.adhuc in similitudine seminãdi.& metẽdi p̃stat.

Sancti Laurentij. Ad Corinthios. ij. Cap.ix.

FRatres. Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus & metet. Vnusquisq3 prout destinauit ĩ corde suo:non ex tristitia:aut ex necessitate. Hilarem autem datorẽ:diligit deus. Potens est enim deus omnẽ gratiam abundare facere in vobis:vt in omnibus semper omnẽ sufficientiã habentes abundetis in omne opus bonũ:sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus:iustitia eius manet in sæculum sęculi. Qui autem administrat semen seminanti:& panem ad manducandum pręstabit: & multiplicabit semen vestrũ: & augebit in crementa frugum iustitiæ vestræ.

¶ Vigilia assumptionis beatę Marię virginis.

EGo q̃si vitis fructificaui. Ex li.eccli. ca.xxiiij. Sapiẽtia loq̃tur hoc in loco.sed ꝟba hęc possunt accõmodari nr̃ę ꝟgini. Quasi vitis.q̃ ideo a latinis parilema.& hispãis parra dr: q2 parit fruct⁹ suos. Fruct⁹.i.pulchritudinis.nam reciproca trãslatio est pulchri ꝑ honesto:& honesti ꝑ pulchro. Mr̃ dilectionis & timoris. q̃ vident cõtraria:neq3 se inuicẽ pati. s3 semꝑ miscẽdus amor timori & timor amori:q2 alter alteꝝ moderat. Et magnitudinis.in originali est agnitiõis.quę habet ꝑ ↄtẽplationẽ.

Vitis ethimon.

¶ In vigilia assumptionis beatæ Marię viginis. Ecclesiast. Ca.xxiiij.

EGo q̃si vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris:& magnitudinis; & sanctæ spei. In me omnis gratia vitæ & veritatis: in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me & a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hęreditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generatione sæculorum. Qui edunt me:adhuc esurient, & qui bibunt me:adhuc sitient. Qui audit me non confundetur:qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidant me:vitam æternam habebunt.

Sctę spei.s.btitudinis futurę. In me ꝟba sũt sapiẽtię. Trãsite ad me.ꝑ cognitionẽ & amorẽ. A generatiõib⁹ meis.i.illũinatiõib⁹ ad intelligendũ. Spũs me⁹.i.degustatio meę bonitatis & sapiẽtię. Hęreditas mea. q̃ est vita eterna. Memoria mea.q2 nunq̃ delebit de mẽtibus sctõꝝ. Qui edũt me.i.gustãt me in hac vita. Esuriẽt.s.in cęlo saturari. Non ↄfundet.s.in summi iudicis ↄspectu. Qui opant̃ in me.i.scdm regulã doctrinę meę. Qui elucidãt me.sacram scripturam alijs exponendo.

¶ In die assumptionis.

IN omnib⁹ requiem q̄siui. Ex lib. eccl. ca. xxiiij. vbi legit. In his omnib⁹ requiem q̄siui. s. hoib⁹. q: dixit alibi: delicię meę eē cū filijs hoim. Requiem q̄siui. habitādo cū hoib⁹ p grām. In hereditate dñi. i. in qb⁹ habitabat dñs. z q̄s possidebat. Dixit mihi. id qđ seqt. Qui creauit me. fili⁹ q̄ est p̄ris sapiētia dicit de p̄re generāte. nā hic creauit p genuit positū est. Tabernaculo meo. q: p̄r requiescit z cōplacuit sibi in filio. Et dixit mihi. p̄r dicit filio. In iacob inhabita. i. in pplo chrīano. Hęreditate. i. hereditatē tuā figę. Mitte radices. i. sere z plāta. Ab initio z āte scl'a. hoc eęsum expositū est in festo Marię de niuibus: vsq ad locū illū q̄si cedrus. vbi sapiētia cōparat se rebus pulcherrimis. Cedr⁹. arbor cui⁹ materia est odorifera. Libano. q̄ est mōs int Palestinā z phęniciē. Cypssus in siō. monte q̄ hierosolymę piūct⁹. Cades. nō illa q̄ est in deserto cognoiata Barnę s alia q̄ cecidit in sortē trib⁹ iuda. In hierico. vrbe nō lōge ab hierosolymis. Quasi platanus. arbor dicta a foliorū latitudine nobis tñ ignota. In plateis. vbi hmōi odoramēta puta balsamū z myrrha venduntur.

¶ Decollatio ioā. bap.

SAncti ludibria z v̄bera. Ex epl'a ad he. ca. xj. iā exposita ē in festo fabiani z sebastia.

¶ Natiuitas. b. marię.

DOminus possedit me. Iā exposita est in festo pceptiōis eiusdem deiparę virginis.

¶ Exaltatio sanctę crucis.

CHristus factus est p nob obediēs. Ex epl'a ad philippeñ. cap. ij. sed iā exposita est supra in dñica q̄ inscribitur in ramis palmarum.

¶ In die Assumptionis. Eclesiast. Cap. xxiiij.



Nomnibus requiē q̄siui, et in hęreditate dñi morabor. Tūc præcepit & dixit mihi creator oīm: et qui creauit me, requieuit in tabernaclo meo. & dixit mihi. In iacob inhabita: et in isrl hæreditare: & in electis meis mitte radices. Ab initio & āte scl'a creata sum: et vsq ad futurū sclm nō desinā: et in habitatiōe sctā corā ipso ministraui. Et sic in siō firmata sum: et in ciuitate sctificata silr requieui, & in ierl'm ptās mea: et radicaui in pplo honorificato: & in partes dei mei hęreditas illi⁹, et in plenitudine scōrū detētio mea. Quasi cedr⁹ exaltata sum in libano: & q̄si cypssus in mōte sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, et q̄si plātatio rosæ in hierico. Quasi oliua speciosa in campis: et q̄si platanus exaltata sum iuxta aq̄s. In plateis sicut cynamomū et balsamū aromatizans odorē dedi. Quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris.

¶ Decollatio. s. Ioānis ad Heb. Ca. xj.

FRēs. Scti ludibria, et verbera experti; insuper & vincula: & carceres. &c. vt supra.

¶ Natiuitas Mariæ. Prouerb. Cap. viij.

DOminus possedit me in initio viarū suarū antequā quicquā faceret. &c. vt supra.

¶ Exaltatio. s. crucis. ad Philip. Ca. ij.

CHristus fact⁹ est p nobis obediēs vsq ad mortem, mortē aūt crucis. &c. vt supra.

¶ Matthei apostoli.

SImilitudo vultus quattuor animalium. iam exposita est in festo sancti Marci euãgeliste. ¶ Sancti Michaelis archangeli.

SIgnificauit de⁹ q̄ op3. Ex apoca. ioãnis ca. j. nã sic incipit liber ille. Apoca. Jesu chri: quã dedit illi de⁹ palã facere suis suis: q̄ op3 fieri cito: ꝛ significauit mittẽs ꝑ ãgelũ suũ suo suo ioãni.

Sanctí matthæi. Ezechielis ꝓphetæ. Cap̃. j.

SImilitudo vultus quattuor animalium facies hominis & facies leonis a dextris, &c. vt supra.

Michaelis archangeli. Lectio libri Apocalyp. Cap̃. j.

IN dieb⁹ illis. Significauit deus, quæ oportet fieri cito loquẽs ꝑ angelũ suũ seruo suo Ioanni, q testimoniũ ꝑhibuit ṽbo dei, & testimoniũ iesu chri: quęcũq; vidit. Beat⁹ q legit & audit verba ꝓphetiæ huius: & seruat ea, quæ scripta sunt. Tẽpus em̃ ꝓpe est. Ioannes septẽ eccl'ijs, quę sunt ĩ Asia, Gratia vobis & pax ab eo q est, & q erat & qui vẽturus est, & a septẽ spiritib⁹ qui in cõspectu throni ei⁹ sunt: & a iesu chro q est testis fidelis primogenit⁹ mortuorũ: & princeps regũ terrę: qui dilexit nos: & lauit nos a pc̄tis nostris in sanguine suo.

In vigilia oı̄um sanctorũ. Apocalyp. Cap̃. v.

ECce ego Ioãnes vidi in medio throni & q̄ttuor aĩalium: & in medio seniorũ agnũ stantẽ tanq̄ occisum habentẽ cornua septẽ: & oculos septẽ, q sũt septẽ spũs dei: missi ĩ oẽm terrã. Et venit & accepit de dextera sedẽtis in throno librũ: & cũ aperuisset librũ: quattuor aĩalia & viginti quattuor seniores ceciderũt corã agno habẽtes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramẽtorũ, q̄ sunt orõnes sanctorũ: & cantabãt canticũ nouũ: dicẽtes. Dign⁹ est dñe accipere librũ, & aperire signacula eius: qm̃ occisus es: & redemisti nos deo ĩ sanguine tuo ex omĩ tribu: & lingua: & populo: & natione: & fecisti nos deo nostro regnũ & sacerdotes: & regnabimus sup terrã. Et vidi & audiui vocẽ angelorũ multorũ ĩ circuitu throni, & animaliũ & seniorũ: & erat numerus eorũ millia milliũ dicentiũ voce magna. Dignus est agnus, qui occisus

S3 ꝯclonator siue ꝯcinnator mutauit ordinẽ: ꝛ pauca ṽba dicens. Significauit de⁹. i. ꝑ q̄dã signa oñdit. Quę op3 fieri. de ijs q̄ ad statũ ecclesię futurũ ꝑtinẽt. Per angelũ suũ. s. Michaelem. vt sentit officij hui⁹ ꝯcinnator. Testimoniũ ꝑhibuit in principio sui euãgelij. Quęcũq; vidit. nã ꝓ familiaritate oib⁹ interfuit. Prope est. vt oia ꝯpleãt q̄ hic sunt scripta. Gr̃a ꝛ pax salutatiõis epl'arũ ṽba sunt. Ab eo q̇. a q̇ mittit sal⁹. Qui erat ꝛ vẽtur⁹ ẽ. ꝑ hoc dei ęt̃nitas designat. A septẽ spiritibus. i. ab vniuersitate angelorũ. Paternę glorię. vt pt3 ĩ toto euãgelij discursu. Primogenitus mortuorũ. q̇ ab ap'lo paulo dr̃ primicię dormiẽtiũ. Princeps regũ terrę. q2 illi ẽ data oĩs ptãs in cęlo ꝛ ĩ terra. Matthei vltimo.

¶ Vigilia oı̄3 sctorũ.

ECce ego ioãnes vidi. Ex apoca. ioã. ca. v. In originali habet: ꝛ vidi: ꝛ ecce in medio thrõi. Agnũ. i. chr̃3 in medio ecclesiarũ. Tanq̄3 occisũ. q2 cotidie in ecclesijs immolat. Cornua septẽ. i. septem ptãtes q̃s ẽt spũs septẽ



dixit ꝓpť septē dōa. Missi in oēʒ terrā.i.i oēs hoīes. Et vēit.s.agn⁹. Cū apuisset libꝛū. ad reuelādū futuꝝ ecclesię statū. Ceciderūt.adoꝛātes agnū. Cithăras ⁊ phialas.ꝑ q̄s [vt ipse exponit]significant oꝛones sctoꝝ. Cāticū nouū.i.testamētū nouū ꝑtinēs. Deo nr̄o regnū.i.regni participes. Sacerdotes.s.hostias laudis deo offerētes. Sup terrā.i.in cęlo. Millia milliū.i.decies cētū millia.sic in Daniele.i. millia milliū ministrabāt ei. Virtutē ⁊ diuinitatem.⁊c. oia ista chr̄s habuit āte passionem ꝓter coꝛpis gloꝛificationem.

est accipere virtutē:& diuinitatē:& sapientiā:& fortitudinē,& honorē,& gloriā, & benedictionē in sæcula sæculorum. Amen.

¶In die oīʒ sctoꝝ.

Ecce ego ioannes vidi alteꝝ āgelū. Ex apoca.ioā.cap̄.vij.ꝑ hūc āgelū intelligiť Cōstātin⁹ iꝑatoꝛ. Signū dei viui.i.crucē/in qua Maxentiū impiū ęmulū supauit.nā anteq̄ꝫcū hoste ↄfligeret:vidit i cęlo crucē atq̄ꝫ āgelū dicētē sibi. Cōstantine in hoc signo vinces. Nocere terrę ⁊ mari.i.chr̄ianis habitantib⁹ oꝛbē terrę: ⁊ insulis adiacētibus. Et audiui nūeꝝ signatorū. Ex vna quaq̄ꝫ tribu [hoc est filioꝝ iacob] erant.xij.millia signatorū:⁊ q2 duodecim erant filij:excrescit sūma centū q̄draginta q̄ttuoꝛ milliū.naʒ duodecies duodecim mille eandē summaʒ reddit.Ex tribu iuda. Quia si q̄rt⁹ fuit in oꝛdine nascēdi:ꝑm⁹ ponit̄ hoc i loco. q2 ex hoc pēdet chr̄i genealogia.

Cętera patent vsq̄ꝫ ad locū illū. Vidi turbam magnaʒ.s.martyꝝ. Amicti stolis albis. ꝑpť alę gloꝛiaʒ. Palmę in manib⁹. q̄ sunt insignia victoꝛię.Alia patēt.

¶In die. Lectio apocalyp.Cap̄. vij.



Ecce ego Ioānes vidi alterū angelū ascēdentē ab ortu solis, habētē signum dei viui:& clamauit voce magna q̄ttuor angelis:q̄bus datū est nocere terrę & mari:dicēs.Nolite nocere terrę & mari:neq̄ꝫ arboribus,quo adusq̄ꝫ signemus seruos dei nostri in frontibus eorum,& audiui numerum signatorum centum quadraginta quattuor millia signati : ex omni tribu filiorum israel.Ex tribu Iuda:duodecim millia signati.Ex tribu Rubem:duodecim millia signati.Ex tribu Gad:duodecim millia signati. Ex tribu Asser:duodecim millia signati.Ex tribu Neptalim:duodecim millia signati . Ex tribu Manasse, duodecim millia signati.Ex tribu Simeon:duodecim millia signati.Ex tribu Leui:duodecim millia signati.Ex tribu Isachar:duodecim millia signati,Ex tribu Zabulon:duodecim millia signati.Ex tribu Ioseph:duodecim millia signati.Ex tribu Beniamin : duodecim millia signati,Post hæc vidi turbam magnā : quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus & populis & linguis : stantes ante thronum & in conspectu agni amicti stolis albis : & palmæ in manibus eorum,& clamabant voce magna, dicentes.Salus deo nostro,qui sedet super thronum & agno, & omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quattuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas : et adorauerunt dominum:dicentes amen.Benedictio et claritas et sapiētia et grāRū actio:honor:virtus:et fortitudo deo nr̄o in sclā sclorū.Amē.

¶ Facundi ꝛ Primitiui.

BEnedictus deꝰ ꝛ pr̄ dn̄i. Ex epis.ij.ad Cor.ca.j.ꝛ est initiū ep̄le post salutationē positam. Bn̄s deꝰ.modus est agēdi grās deo. Pr̄ misericordiaꝝ.i.auferēs a nob oēm miseriā. Possimus ipsi ꝯsolari.s.ꝟbo ꝛ exēplo. Per exhortationē.pponendo eis ꝓmiū eternū. Exhortamur.ex deponēti ꝟbo fecit cōe. Passiōes chr̄i.i.tribulatiōes q̄ in chr̄i capite īceperūt.

Facundi & Primitiui. Ad corinth. ij. Cap.j.

FRatres, Benedicꝰ deus & pater dn̄i nr̄i iesu chr̄i pr̄ misericordiarū & deꝰ totius cōsolationis: qui cōsolaṫ nos in oī tribulatione nr̄a: vt possimus & ipsi cōsolari eos, q in oī pressura sunt p exhortationē qua exhortamur & ipsi a deo. Quoniā sicut abundāt passiones chr̄i ī nobis: ita & p chr̄um abūdat cōsolatio nr̄a. Siue autē tribulamur ꝓ vr̄a exhortatione & salute: siue cōsolamur ꝓ vr̄a cōsolatione, siue exhortamur ꝓ vr̄a exhortatiōe & salute: quae operaṫ tolerantiā earundē passionū: q̄s & nos patimur, vt spes nr̄a firma sit ꝓ vobis. Scientes qm̄ sicut socij passionum estis: sic eritis & consolationis In chr̄o Iesu dn̄o nr̄o.

In natali plurimarum virginum.

Ad Corinthios.j. Cap.vij.

FRatres, De virginibus praeceptū dn̄i non habeo: consiliū aūt do, tanquā misericordiā cōsecutus a deo, vt sim fidelis. Existimo em̄ hoc bonū esse ꝓpter instantē necessitatē: qm̄ bonū est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli q̄rere solutionem. Si autē acceperis vxorē: nō peccasti. Et si nupserit virgo: nō peccauit. Tribulationē tn̄ carnis habebūt hmōi. Ego autē vobis parco. Hoc itaq; dico fr̄es: tēpus breue est. Reliquū est: vt & q habēt vxores, tanq̄ nō habētes sint: & qui flent: tanq̄ nō flētes, & q gaudēt: tanq̄ nō gaudētes. Et q emūt: tanq̄ nō possidētes. Et q̄ vtunṫ hoc mūdo: tanq̄ nō vtanṫ. Praeterit em̄ figura huius mūdi. Volo aūt vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quae dn̄i sunt, quō placeat deo. Qui aūt cū vxore est: solicitus est quae sunt mundi: quō placeat vxori, & diuisus est. Et mulier: innupta & virgo: cogitat, quae domini sunt: vt sit sancta corpore & spiritu.

In nob.s.ap̄lis ad q̄s q̄si a capite sunt deriuate. Pro vr̄a exhortatione ꝛ salute: totū hoc accedit ad vtilitatē vr̄aꝫ. Siue ꝯsolamur.s.a do: ꝛ hoc q̄q; accedit ad ꝯsolationē vr̄am.

¶ In festo plurimaꝝ virginum.

DE ꝟginibꝰ p̄ceptū nō habeo. Ex.j.ad Cor.epis. ca.vij.vbi postea q̄ agit de matrimonio: dat ꝯsiliū de ꝟginibꝰ.dicēs qd̓ nō hꝫ a deo p̄ceptū qd̓ de necessitate salutis sit ꝟginitas. Cōsiliū do.q꞉ ꝟginitas p̄ponit nuptijs: ꝛ sp meliora sunt appetēda. Misericordiā ꝯsecutꝰ. vnde habeo ꝯsiliū dādi autoritatē. Hoc bonuꝫ esse.s. ꝟginitatē. et posuit bonū ꝓ optimū. Propṫ necessitatē, q̄ manet ducētibꝰ vxorem. Noli q̄rere.s.vxorem[si nō potes ꝯtinere te] qd̓ est melius q̄ matrimoniū: sicut ꝟginitas: quā ꝯtinētia. Tribulatiōeꝫ carnis.q꞉ sunt in anxietate matrimonio ꝯiūcti. Vob parco.i.p mitto vob.vt possitis ducere vxores. Tanq̄ nō hn̄tes.i.nō intēti sint rebꝰ mūdi: sꝫ spūalit̄ viuāt.

Qui flent.in onere matrimonij. Non flentes.i.patienter ferēdo: ꝛ sic de alijs. Diuisus est.fuiēs mūdo ꝛ deo. Innupta.i.ꝯtinens vidua. Virgo q̄ non nupsit.

¶ De Trinitate.

In dño gaudete. Ex epist. ad Cor. ij. ca. xiij. In originali habet. de cetero fres gaudete. & est clausula eiusdē eplę. in q̄ ꝯsolat̄ ꝑsistētes in doctrina fidei. Gaudete. qḋ est ꝓpriū illoꝝ q̄ bñ agūt. Exhortamini. i. inuicē vos ad bñ agēdū excitate. Idē sapite. i. de dño sentite. Pacē habete. quā dñs nos hr̄e ꝑcipit. Osculo scto. qḋ est signum vniōis siue vnanimitatis. Oēs scti. s. q̄ sunt mecū. Gr̄a dñi. de q̄ ioannis. j. Plenus gr̄a & ꝟitate. Charitas di. s. p̄ris/ q̄ est p̄ncipiū amoris. Cōicatio scti spiritus. qꝛ ꝑ ipm fit oim bonoꝝ cōicatio.

De Trinitate. Ad Corinthios. ij. Cap. xiij.

FRēs. In dño gaudete: ꝑfecti estote: exortamini: idipm̄ sapite, pacē habete, & de9 pacis & dilectionis erit vobiscū. Salutate inuicē in osculo sancto. Salutāt vos oēs sancti. Gratia dn̄i nr̄i iesu chr̄i, & charitas dei: & cōicatio sancti spiritus sit cū omnibus vobis amen. In christo iesu domino nostro.

¶ De angelis.

Dixit mihi āgel9: scribe. Ex apl̄i ioānis apoca. ca. xix. Scribe. subaudi ad futurā rei memoriā nota. Vocati sūt. ꝑ fidē charitate informatā. Vera sunt. qꝛ nihil falsuȝ a deo ꝓcedit. Vide ne feceris. nō ꝑmittit angelus se adorari ab hoīe cui9 naturā ꝟbū diuinū assumpsit. Deū adora. nō angelū. scȝ.

De angelis. Lectio libri Apocalyp. Cap. xix.

IN dieb9 illis. Dixit mihi angelus. Scribe. Beati qui ad cœnā nuptiarū agni vocati sunt. Et dixit mihi. Hęc ꝟba dei vera sūt. Et cecidi ad pedes ei9, vt adorarē eū. Et dixit mihi. Vide ne feceris. Cōseru9 eīn tu9 sum, & fratrū tuorū habētiū testimoniū Iesu. Deū adora.

¶ Sancti spūs.

Cum audissent apl̄i q̄ erāt hierosolymis. Iā supra exposita est i fer. iij. post pētecos.

Sancti spūs. Actuū apostolorū. Cap. viij.

IN diebus illis. Cum audissent apostoli qui erāt in hierosolymis: quia rece. &c. vt supra.

¶ Sancte crucis.

Christus factus est ꝑ nob̄ obediēs. Iā exposita est supra in dñica in ramis palmaꝝ.

Sanctæ crucis. Ad Philippenses. Cap. ij.

CHristus fact9 est ꝑ nobis obediēs vsq; ad mortem, mortē aūt crucis. &c. vt supra.

¶ Pro postulāda pace.

Nolite esse prudētes apḋ vosmetipsos. Ex epist. ad Roma. ca. xij. In q̄ Romāos monet ne sint iprudētes arrogādo sibi ꝟtutes q̄s nō hn̄t. Apḋ vosmetipos. i. nō reuera: sȝ opinione vr̄a. Nō malū ꝑ malo. hoc iubet chr̄iana religio. Defēdētes. i. resistētes volētib9 vos offēdere. Scriptū ē Deut. xxxij. Mihi vīdictā. subaudi relinq̄te. Ego retribuā. i. vlciscar qḋ i vos fuerit cōmissū. Carbōes ignis. q̄m ex inimico facies illū tibi amicū. Vinci a malo. i. incidere in illi9 odiū. Sȝ vince in bono malū. i. in tētatiōes impellētes ad irā q̄ est vindictę appetit9.

Pro postulāda pace. Lctō ad Romanos. Cap. xij.

FRatres. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malū ꝑ malo reddētes, ꝓuidētes bona nō tantū corā deo, sed etiā corā oībus hoībus. Si fieri potest ꝙ ex vobis est, cū oībus hoībus pacē habentes. Nō vosmetipsos defendētes charissimi: sed date locū iræ. Scriptū est eīn, Mihi vindictā & ego retribuā: dicit dn̄s. Sed si esurierit inimicus tu9, ciba illū: si sitit potum da illi. Hoc eīn faciēs, carbones ignis cōgeres sup caput ei9. Noli vinci a malo, sed vince ī bono malū.

¶ Pro congregatione.

Succincti lũbos mentis vrę. Ex .j. petri epl'a. ca. j. In quo apl's regeneratos inducit ad castitatẽ ⁊ mũdiciã. Succincti lũbos .i. casti corpe ⁊ mẽte. Sobrij. victu ⁊ vestitu. Perfecti in omni ỽtute. Gr̃a. p quã spatis gl'iam. In reuelationẽ .i. p reuelationẽ. Obedictię. in obƀuatiõe legis. Nõ ꝯfigurati .i. ꝯformati. Sctm. s. deũ. Scti sitis .i. sctitatis illiꝰ imitatores. Scriptũ est. Leuitici. xix.

¶ Pro congregatione. Lectio beati Petri apl'i. j. Cap. j.

CHarissimi. Succincti lũbos mentis vr̃æ: sobrij, perfecti, sperate in eã, q̃ offertur vobis gr̃am in reuelationẽ iesu chr̃i q̃si filij obedientiæ: nõ cõfigurati prioribus ignorãtiæ vr̃æ desiderijs: sed scd'm eum q vocauit vos sctm̃, vt & ipsi in omni cõuersatione scti sitis. Q m̃ scriptum est. Sancti eritis: qm̃ ego sanctus sum: dñs deus vester.

¶ Pro familiaribus. Pauli ad Galatas. Cap. vj.

FRatres. Si p̃occupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spũales estis hmõi instruite in spũ lenitatis: considerans teipsum: ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legẽ chr̃i.

¶ Pro quacunq; tribulatione. Lc̃tõ Hieremiæ pphetæ. Ca. xiij

SI iniquitates nr̃æ cõtenderint cõtra nos dñe libera nos q̃sumus: fac ppter nomen tuũ qm̃ multæ sunt auersiões nr̃æ. Tibi peccauimus expectatio isrl': saluator nr̃ in tẽpore tribulatiõis. Tu aũt in nobis es dñe: & nomen sctm̃ tuũ inuocatũ est sup nos: ne derelinquas nos dñe deus noster.

¶ Pro pluuia. Lc̃tõ lib. Leuitici. Cap xxvj.

IN diebus illis. Dixit dñs ad Moysen. Si in p̃ceptis meis ambulaueritis, &c. vt supra.

¶ Pro familiaribus.

SI p̃occupatus fuerit hõ. Ex epis. ad Gala. ca. vj. In q̃ inducit illos ad patiẽtiam ⁊ mutuã tollerãtiam. P̃occupatꝰ. aliq̃ ptur batiõe animi. Qui spũales .i. sapiẽtiores. Spũ lenitatis. reducendo ad mãsuetudinem. Cõsiderãs teipm̃ .i. propriã fragilitatem. Tu tẽteris .i. in silẽm p turbationẽ incidas. Alter alterius onera .i. ĩfirmitates mutuas sufferendo.

¶ Pro quacunq; tribulatione.

SI iniq̃tates nostrę ꝯtenderint. Ex hieremia pphã ca. xiiij. deprecatio est pphetę pplo ꝯdolẽtis. Cõtẽderint .i. fuerint ꝯtra nos. Fac ppt̃ nomẽ tuũ .i. fm tuã misericordiã. Auersiones .s. a te: siue a via recta sicut ꝯuersio est ad deũ ⁊ viam rectam. Expectatio israel .i. in quo solo habemus oẽm spẽ nr̃ã. ⁊ paucis ỽbis interpositis subdit. Tu autem in nobis es dñe. hoc dicit: q: in templo erat ppiciatorium: quasi dei sedes:

¶ Pro pluuia.

DIxit dñs ad Moisen. Si in p̃ceptis meis. Ex leuiti. cap. xxvj. Jam exposita est in vigilia trinitatis.

¶ Pro sacerdote.

F Idelis sermo & omni acceptione.i.ad Timotheum cap.i. Fidelis sermo. idest verus & dignus. Acceptione.idest qui ab audientibus accipiatur.& subdit sermonem. Ego primus.ex persecutore factus apostolus. Ostenderet patientiam.reuocando me ab actu persequendi. Qui credituri sunt. vt ...imo desperet ex peccatis reduci posse ad gratiam: propter quod agens gratias:concludit. Regi seculorum.&c.

¶ Pro auertenda pestilentia.

I Mmisit dominus pestilentiam. Ex secundo Regum capite.xxiiij. In quo ponitur pestilentia quam immisit Dominus in israel: propter peccatum Dauid:quod iussit populo numerari.

Ad tempus constitutum a Deo.a Dan vsque ad Bersabee qui erant termini longitudinis iudee. Aream Areuna Iebusei. quia hic Areuna non erat iudeus: sed iebuseus.idest ex illorum genere que ante Regnum Dauid habitabant ierusalem: qui alio nomine vocabatur Ornan.

Gad propheta. quia tempore regni Dauid prophetabat.

¶ Pro Sacerdote. Beati Pauli ad Timotheum prima. Capite primo.



Harissime. Fidelis sermo & omni acceptione dignus quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.Sed ideo misericordiam consecutus sum:vt in me primum ostenderet omnem patientiam:ad informationem eorum,qui credituri sunt illi in vitam æternam.Regi autem sæculorum immortali:inuisibili:soli deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Pro auertenda epidimia. Lectio Regum secunda.Cap.xxiiij.



N diebus illis. Immisit Dominus pestilentiam in Israel de mane vsque ad tempus constitutum:mortui sunt a Dan vsque ad Bersabee septuaginta millia virorum. Cumque extendisset manum suam angelus Domini super Ierusalem, vt disperderet eam:misertus est Dominus super afflictionem eorum. Et dixit angelo percutienti populum: Sufficit:nunc contine manum tuam. Erat autem angelus Domini stans super aream areuna Iebusæi.Dixitque Dauid ad dominum:cum vidisset angelum percutientem populum.Ego sum qui peccaui: & qui inique egi:isti qui oues sunt,quid fecerunt? Obsecro te domine vt auertatur manus tua contra me,& contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta domini ad Dauid in die illa.Et dixit ei. Ascende,& construe altare domino in area areuna Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad:quem præceperat Dominus omnipotens.

Contra persecutores ecclesiæ. Ecclesiastici,Cap. xxxvi.

¶Contra ecclesię persecutores.

Miserere nostri Deus omnium. Ex Ecclesiastici libro.capite.xxxvi. In quo ponitur oratio authoris huius operis: & potest esse oratio prelati.cuiuscunque specialiter.dicens. Miserere nostri deus omnium.per creationem. Respice nos.qui sumus populus tuus peculiaris. Lucem.idest consolationem in tenebris nostrarum retributionũ. Immitte timore tuũ.actiue pro terrore. Magnalia tua. que fecisti pro nobis contra illos. Alleua manũ. pro graua.nam qui iacit telum vt feriat: manum alleuat:deinde grauat. Sanctificatus in nobis.colentibus te, quem illi blasphemant. Magnificaberis in eis.idest laudaberis:quia illos nobis subijcies. Vt cognoscant te. ostendendo fauore tuũ pro nobis contra illos. Innoua signa.scilicet que fecisti pro nobis contra egyptios. Immuta mirabilia. vnum post aliud signũ faciendo. Magnifica manum.idest iram tuã in illos monstra. Extolle aduersarium. idest extra fines nostros pone. Festina tẽpus. illorum punitionis: et nostrę liberationis. Finis.scilicet a te constituti & promissi de aduentu Messię.



Miserere deus omnium: & respice nos: & ostende nobis lucem miserationum tuarũ: & immitte timorem tuum super gentes,quę non exquisierunt te, vt cognoscãt quia non est deus nisi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas: vt videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in illis: vt cognoscant te sicut & nos cognouimus: quoniam non est deus præter te domine. Innoua signa,& immuta mirabilia. Glorifica manum & brachium dextrum. Excita furorem: & effunde iram, Extolle aduersarium, & afflige inimicum. Festina tempus, & memento finis: vt enarrent mirabilia tua domine deus noster.

Pro infirmis. Lectio Iacobi apostoli. Capite. v.

CHarissimi. Tristatur aliquis vestrum? oret æquo animo & psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat præsbyteros ecclesiæ & orent super eum: vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum dominus. Et si in peccatis sit, dimittetur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicem: vt saluemini.

¶Pro infirmis.

Tristatur aliquis vestrum? Ex epla iacobi.ca.v. Tristatur.i.est in tristicia:aut in morbo? Oret equo animo. idest tranquillo & hilari. Psallat.canet & non solum oret. Infirmatur.morbo in quo dubitatur de vita. Vngentes.hinc potissimum habet originem vnctionis sacramentũ. Alleuiabit.nisi aliud expediret potius infirmo quod solus deus scit. In peccatis. scilicet venialibus. Confitemini.hinc quoque institutum est confessionis & penitentię sacramentum.

¶ Pro defunctis.

Audiui vocē de cęlo. Ex Apoc. ioā. ca. xiiij. In q̄ arguit de p̄mio illoꝝ q̄ in martyrio, aut ꝯfessiōe dn̄i moriūt. Scribe. de re notabili, ꝛ diu ꝑmāsura hoc dici solet. Amodò. i. iā siue citò: vt sit amodò: q̄si ad modicū. Sp̄ūsct̄ūs. cū p̄re, ꝛ filio q̄ꝝ ē nexꝰ: A laborib⁹ suis. ꝛ fruant̄ ęternā q̄ete. Opa illoꝝ. i. merces suoꝝ opeꝝ: quēadmodū ꝛ maloꝝ operū suos autores. Vergili⁹. q̄sq; suos patimur manes.

Alia ꝓ defunctis.

Vir fortissim⁹ iudas collatiōe factā. Ex. ij. macha. cap. xij. In q̄ māifestè ostēdit̄ resurrectiōis spes: ꝛ q̄d eleemosyna facta ꝓ mortuis mirū inmodū illis ꝓdest. Judas. cognomēto machabęꝰ: q̄d interp̄tat̄ pugnator: hebraice asmonai. Collatione factā. ex eā pecuniā, q̄ q̄sq; ꝯtulit. Drachmas argēti. drachma genus monetę, q̄d appēdit sextādecimam partē vncię / hoc est dimidiū nr̄i nūmi argētei. Mortuoꝝ. q̄ in bello ceciderāt, q̄d gestū est cuz ducib⁹ ātiochi. Cū pietate. i. ꝓ religiōe. Optimā grāz. i. mercedē.

Alia ꝓ defunctis.

Nolum⁹ vos ignorare de dormiētib⁹. Ex epis. ad Thessa. i. ca. iiij. In q̄ eos rep̄hēdit. q̄ mortuos nimis lugēt: cū sit oīb⁹ resurgēdi spes, q̄ bn̄ sentiūt de religiōe. Spē nō h̄nt. s. resurgēdi. Si credim⁹. hoc argumēto sępè vtit̄ paul⁹ ad ꝓbādū resurrectionē: q̄d chr̄s. s. resurrexit. Q̄d si nos credim⁹. ꝛ resurrectionē. q̄q; credem⁹. Adducet cū eo. ad vitā immortalē. In v̄bo dn̄i. i. ex parte dn̄i q̄ nob̄ hoc reuelauit. Residui sum⁹. à p̄rib⁹ nr̄is iā mortuis. Nō p̄ueniem⁹. q: oēs simul resurgem⁹. In iussu. i. iubēdô his v̄bis: Surgite, mortui, venite ad iudiciū. Archāgeli. s. michaelis. In tubâ. q̄ vox erit, q̄si tubę cuiusdā, q̄ ad oēs ꝑueniet. Mortui i chr̄o. i. q̄ crediderūt. Resurgēt p̄mi. respectu nr̄m q̄ viuim⁹ in illi⁹ fide. Qui relinq̄mur. s. in vitâ. Rapiemur cū illis. sentire, videt̄, ap̄ls, ꝙ illi, q̄ in die iudicij viuēt: nō morient̄: sʒ cū suscitatis rapient̄. Obuiā chr̄o. veniēte ad iudiciū. Cōsolamini. i. in hâc solicitudine mortuoꝝ: cōsolamini vos inuicē cū spe resurrectionis.

¶ Pro defunctis. Apoca. Cap. xiiij.

IN dieb⁹ ill. Audiui vocē de cælo dicētē mihi. Scribe: b̄ti mortui, q in dn̄o moriunt̄. Amodo em̄ iā dicit sp̄ūs: vt requiescāt a laborib⁹ suis. Opa. n. illoꝝ sequūt̄ illos. ¶ Lcō lib. Machabæorū. ij. Cap. xij.

IN dieb⁹ ill. Vir fortissim⁹ iudas, collatiōe fc̄tā: duodecim millia drachmas argēti misit hierosolymā: offerri eas ibi ꝓ pc̄tis mortuorū, iustè, & religiose de resurrectiōe cogitās. Nisi em̄ eos, q ceciderāt, resurreuros, sparet: supfluū videret̄, & vanū orare ꝓ mortuis. Sed qa cōsiderabat, ꝙ hi: qui cū pietate dormitionē acceperāt: optimā haberēt repositā grām. Sācta ergo, & salubris est cogitatio, ꝓ defunctis exorare, vt a peccatis soluantur.

¶ Beati Pauli ad Thessalo. i. Cap. iiij.

FRēs. Nolum⁹, vos ignorare de dormiētib⁹: vt nō cōtristemini, sicut et cęteri, q spē nō h̄nt. Si em̄ credim⁹, ꝙ iesus mortu⁹ ē, et resurrexit: ita et de⁹ eos, qui dormierūt p iesum adducet cū eo. Hoc em̄ vobis dicim⁹ in v̄bo dn̄i, qa nos, q viuim⁹, qui residui sum⁹ in aduētu dn̄i, nō p̄ueniem⁹ eos, qui dormier̄t. Q̄m ip̄e in visu, & in voce archāgeli: et in tubâ dei descēdet de cælô: et mortui, qui in chr̄ô sunt: resurgent primi. Deinde nos, qui viuim⁹, qui reliquimur: simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā chr̄o in aera, & sic semp̄ cū dn̄o erimus. Itaq; consolamini in vicem verbis istis.

ℭ Alia pro defunctis.

Christus resurrexit a mortuis. Ex.j.ad Corinthios epistola.capi.xv. Exposita est fe.iiij.post dominicam in albis.

ℭ Alia pro defunctis.

Ecce mysterium vobis dico. Ex epistola.j.ad Corint.cap.xv. In quo agitur de mysterio resurrectiõis.

ℭ Lectio epistolæ beati Pauli ad Corinth.j. Cap.xv.

FRatres, Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium.Q m̃ quidem.&c.vt supra.

ℭ Beati Pauli ad Corinth.j. Cap.xv.



Ratres, Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus:sed non omnes immutabimur. In momento,in ictu oculi, in nouissimâ tubâ.Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti:et nos immutabimur. Oportet em̃,corruptibile hoc induere incorruptionem:& mortale hoc induere immortalitatem.Cùm autem corruptibile hoc induerit incorruptionem:& morale hoc induerit immortalitatem:tũc fiet sermo, qui scriptus est. Absorpta est mors in victoriâ. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis,peccatum est. Virtus verò peccati:lex. Deo autem gratias:qui dedit nobis victoriam,Per iesum chr̃m dñm nostrum.

Ecce mysterium.i. rem magnam / atq̧ ad intelligendum difficilẽ. Omnes.i. boni,⁊ mali. Non omnes immutabimur.de statu. s.corporalitatis,⁊ spiritualitatis per dotes corporis. In momento. s. fiet resurrectio. In ictu oculi.i. in instãti. s. quô clauditur, et aperitur oculus. In nouissimâ tubâ. i. voce,quâ dicet christ⁹/ surgite mortui. Incorrupti.i. sine mẽbrorum diminutione. Et nos immutabimur.sc; de corruptione ad immortalitatem. Corruptibile hoc.i.naturam humanam resurgere incorruptibilem. Induere immortalitatem.i.in meliorem statuum mutatiõem. Sermo,q̃ scriptus est.Osee quartô. Absorpta est mors in victoriâ.in hebreô, ero mors tua, o mors. Vbi est,mors,victoria tua? quâ prosternebas omnes,quasi dicat:nulla erit. Stimulus tuus.i.peccatum,qđ erat mortis causa. Virtus peccati lex.quia peccatum magis viguit ex lege.dando.s.peccandi occasionem. Deo autem gratias.s.agamus.

FINIS.

Lector habes Pauli subtilia dogmata sancti
Qui vas electum religione fuit.
Numina trina dei, qui raptus in æthera vidit.
Sustinet ecclesiæ culmina fortis Atlas.
Pagina sacra licet antiqua volumina iactet.
Hoc velut in cunctis lucida gemma nitet.
Fundamenta iecit fidei certissima: summum
Præbet ei christi bibliotheca locum.

*personae nam numen deum, vel divinitatem significat itaque tria numina erunt tres dei vel tres divinitates, a quo abhorret Christianorum confessio. sed fieri potest hec locutio quoniam et apud Tertullianum tertium numen legimus pro tertia persona sive Spiritu Sancto.



EXPLICIVNTVR HYMNI, ORAtiones, Homiliæ, necnon Epistolæ beatorum Pauli, Petri, Iacobi & Ioannis, atque etiam ex prophetis, quæ per anni circulum in ecclesia cantantur summa cura industriaque tersę atque emunctę ad ipsum Antonij Nebriss. prototypum collatæ. nunc demum typicę excussioni traditæ apud inclytam Garnatam. Anno Domini nostri iesu Christi. M. D. X L I.